

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Obediencia d
cum fonte primo

Obediencia sola uirtus est
que menti uirtutes ceteras inserit
insertasque custodit.

Sola namque uirtus est
quae uirtutes ceteras menti inserit,
insertasque custodit.

Vnde et primus homo praeceptum quod
seruaret accepit, cui se si uellet
oboediens subdere, ad aeternam
beatitudinem sine labore perueniret.

Hinc Samuel ait:

Melior est obediencia quam uictime.

Melior est oboediencia quam uictimae,
et auscultare magis quam offerre adipem
arietum, quoniam quasi peccatum
ariolandi est repugnare, et quasi scelus
idololatriae nolle acquiescere

I Reg. 15:22-23).

Obediencia uictimis iure
preponitur quia per uictimas aliena
caro, per obedienciam uero uoluntas
propria mactatur.

Oboediencia quippe uictimis iure
preponitur, quia per uictimas aliena
caro, per oboedienciam uero uoluntas
propria mactatur.

Gregorius libro XXXV. moralium
tractans illud I. Regum.: Melior est
obediencia quam uictime.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 35,
14 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,
p.1792, ll.134-143).